Auari Matheus Ma ve ⁊ vende omnia
que habes Superbi Ecclesiasticus
Sicut abhominabilis ē superb⁹ Osee
Effraim quasi auis volauit
hijs autē signis domini contradicunt
hec tria genera peccatorum Psalmista.
Turbabuntur gentes ⁊ timebunt.
Luxuriosi turbabūt a signo castitatis
Auari a signo paupertatis
Superbi a signo humilitatis
Et tam sine hijs signis non est salus
Apostolus. Quot quot salui esse dicun
tur a signo dei ⁊ agni signati eē legūt

In die circūcisiois.

Postq̄ sunt consummati dies
octo Lucas Qui voluit pro
hoibus nasci. Voluit octauo die scōm
legem circūcidi. et hoc multis de causis
Primo vt preceptum quod ipse

poſuerat ad impleuit
Secundo vt legem moſaicam approba
ret. voluit etiam baptizari. vt nouam le
gem commendaret.
Tercio vt ſe verum hominem tunc
oſtenderet. vt ſic ſe dyabolo occultaret.
velamine noſtre mortalitatis
Quarto vt exemplum circoncidendi ſpi
ritualiter nobis daret.
Quito vt ad amorem ſui nos attraherem
Notandum quod quinquies dominus
fudit ſanguinem ſuũ. vt nos redimerem
Primo in circumciſione vt hic
Secundo in oratione Lucas Factus
eſt ſudor eius vt gutte ſanguinis de/
currentis in terram.
Tercio in columpne ligatione Ma
thei Pylatus vero Jheſum flagellatũ
tradidit vt eum crucifigerent.

Quarto in spirea coronatione ⁊ crucifixione Matheus Postq̃ eum crucifixerunt. diuiserunt sibi vestimenta sua

Quinto in lanceatione .que effusio facta fuit in sacramento Johannes

Unus militum lancea latus eius aperuit.

Scientum est quod quadruplex est circumcisio

Prima est in iudeis hec est hodie dãpnabilis Apostolus Ecce ego Paulus dico vobis .quia si circuncidamini cristo. nichil vobis proderit. hoc incepit ab Abraham

Secunda est in bonis cristianus . hec est commendabilis Apostolus Si preputium iusticias legis custodiat Stephanus Duri ceruice ⁊ incirconcisi

corde et auribus vos semper resistitis
spiritui sancto
Tercia superficialis. vt ypocritis hec
est detestabilis Apostolus. Non enim
qui in manifesto iudeus est. neq; in
manifesto circoncisio 7c
Quarta est generalis in omnibus elcis.
hec erit delectabilis. hec fuit signata
per circumcisionem quam fecit Josue
filijs israhel. i introitu terre promissionis
Sequitur Octauo die
Prima est peccati cognitio psal. Iniq̃
tatem meam ego cognosco Regū
Ego sum qui peccaui
Secda peccati abhominatio psal. Iniq̃
tatem odio habui Regum
De amō filio dauid. postq̃ cognouit
thamar sororem suam. ipsam exosam
habuit.

Tercia est peccati recogitatio Isaie. Re
cogitabo tibi omnes annos meos
Quarta est oris confessio Job Non p
cam ori meo. loquar in amaritudine a
nime mee.
Quinta est cordis contritio Micheas.
Dole sathage filia syon Psalmista Cor
contritum et humiliatum deꝰ non de/
spicies
Sexta est operis satisfactio Lucas
Facite dignos fructus penitentie
Septima est perseuerantia in bono.
Unde qui perseuerauerit vsqꝫ in fine
hic saluus erit

Dominica prima post Ephie

POst triduuꝫ inuenerunt ihesū
in templo Primo notandū
quod quezere debeamus scilicꝫ Ihesū
quem per peccatuꝫ amisimus Psalmi.